







1796.

1. <sup>\*</sup> Boruius: Responsa jur. 60, 61, 62, etc. Programma, quo ordinarius senior ac reliqui auctores jur. fac. memoriam Brunianam indicunt.
2. <sup>\*</sup> Sammelus, Joann. Gottfridus: Responsa jur. 64. Programma, quo Feterum ordo Lips. memoriam dignitatis in utroque jure doctoralis . . . Joanni Gottfrido Sammelto recolat.
2. <sup>\*</sup> Sammelus, Joann. Gottfridus: Diploma, quo Feterum ordo Lips. . . memoriam dignitatis in utro. que jure doctoralis . . . Joanni Gottfrido Sammelto recolat.
3. Apel, Joann. Augustus: Leges in delicta circa arbores
4. Arndt, Gulpius Augustus: De origine accidat provincialis.
5. Brinerus, Christianus Gottlob: De norma paenam criminum constituendi.

1796.

6. Gerstaecker, Franc. Augustus: De judiciali iuribus depositione casu voluntaria ad l. 19. P. de C. annos. et. editi Et. Sax. Homburg 1.51. . . . a 1625 promulgati § 27.
7. Gutzker, Conradus Theodorus: De causis et modo restituendi eos, in quos injuste aut inquisitan fuit animadversum. . . .
8. Homboldus, Carl. Gottl.: De emendatione jurisprudentiae ab Imp. Valentianus III instituta ad leg. un. Cod. Th. de respons. prudent.
9. Rolke, Henricus Augustus: Theorema binomiale ex simplicissimis analysibus finitorum fortibus universaliter demonstratum.
10. Stockmann, Aug. Cornelius: De calculo Arithmetico Programma, quo orationem auspiciam indicit.
11. Stockmann, Aug. Cornelius: De calculo Arithmetico.
12. Weise, Christianus Ernestus: De deputatio nibus ordinum Germaniae, quae ad tractanda pacis



negotia elygm. h. v.

ius  
c  
a  
N  
Tan  
ren  
un  
bes  
al  
s













10721

1796, 1.

MEMORIAM  
BORNIANAM

ET

SENATVS AMPLISSIMI  
MUNIFICENTIAM  
IN  
AUDITORIO IVRISCONSULTORVM  
SOLENNI ORATIONE

D. XIII. IUN. A. C. MDCCXCVI

HORA IX

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

ORDINARIVS  
SENIOR AC RELIQVI ASSESSORES  
IVRIDICAE FACVLTATIS

---

INSVNT

*Responfor. Iur. LX. LXI. LXII. ac LXIII.*

MEMORIAM  
BORNIANAM

SENATUS AMPLISSIMI

RECTORIS HONORABILISSIMI

AC ACADEMICI SENATUS

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

IN HONORE

RECTORIS

AC ACADEMICI SENATUS

UNIVERSITATIS

HALLENSENSIS

RECTORIS HONORABILISSIMI

AC ACADEMICI SENATUS

UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

RECTORIS HONORABILISSIMI



---

RESPONS. LX.

*Num filio absenti haeredi scripto in euentum, si non redierit, recte subliuatur.*

---

**T**itia mater filio absenti, qui in bello septennali Borussorum Regi militiae causa nomen dederat, haeredi scripto amicam Semproniam substituerat, addita lege, vt haereditatem vniuersam sibi sumeret, filioque, si forte redierit, restitueret. Capesserat Sempronia post obitum Titiae haereditatem, cauerat curatori, de bonis redituro restituendis, eandemque mortua in suos haeredes transtulerat. Filium non redeuntem, eiusque, si quos haberet, haeredes Mauius, dominus iurisdictionis, edictaliter certo die statuto in iudicium ex lege patria d. a. 1779. vocauerat, et, quum nemo comparuisset, contumaciae accusatione impetrauerat sententiam petitioni, vt absens mortuus, eiusque haereditas tanquam bonum vacans ad se pertinere diceretur, consentaneam. Quibus ita peractis, dominus iste haeredes Semproniae aggressus, haereditatem Titiae sibi restitui cupiebat.

Apparebat in hac disceptatione principiorum iuris conflictus plane singularis, eorumque difficilis inter se compositio



tio. Mater filium, si redierit, haeredem scripserat. Sed videbatur pure instituere debuisse. Quamquam enim ex l. 4. D. d. haeredib. instituend. liberos sub conditione, quae in eorum potestate est, instituere licet, quis definiuerit, redire velit, an minus, penes Titium fuisse. Vt potius eum, tanquam militem ab aliorum arbitrio pendere testatrix scire debuisset, adeoque conditio non adiecta, et substitutio Semproniae nulla existimanda videatur. Praesertim, quod l. 32. C. d. inoffic. testam. docemur, ne quidem, eiusmodi conditione, licere, legitimae quicquam detrudere. Aequè minus Maecii aetioni, videlicet ex morte Titii, eiusus legitima fictione demum natae praescriptionis exceptio obflare posse, vel, si ex defuncti persona obstaret, eidem, quadriennio post finitam praescriptionem nondum elapso, ex priuilegio fisci restitutionis in integrum beneficium patrocinari videbatur.

Verum enimvero filii absentis institutio verbis, si redierit, concepta non eo consilio proposita censenda est, ut conditioni sit, et necessitatem haeredi in locum domicilii, vel in patriam reuertendi imponat, ut potius pro eo habenda sit, ac si haeres scriptus fuerit, modo talis esse velit, vel possit. Quod in re quidem praesente indubium apparebat, dum abunde mater significauerat, se in ea esse opinione, filium in praelio cecidisse, nec esse vnquam reuersurum. Sed, quoniam nemo putandus est, rem inutilem et plane inanem facere voluisse, in regula existimo, absentis, si redierit, institutionem

nem




nem nihil differre ab illa, si superstes possit et velit esse haeres, adeoque substituto neminem praeter institutum litem mouere posse. Quam ob rem non improbandum erat in iudice, qui Semproniae, praestita de bonis restituendis cautione, haereditatem concesserat.

Consequitur ex his, filio absentis, eiusque haeredibus intra legitimi, id est, longissimi triginta annorum temporis cum additamento saxonico interuallum petitionem haereditatis Titianae contra Semproniam patuisse, praeter hos nulli. Ut, si elapsis post abitum viginti annis, ex indulgentia patriae legis absens euocatus, contumax mortuus dictus, eiusque bona iurisdictionis domino ex mutuo fisci iure addicta fuerint, huius petitio aduersus Titiae haereditatem directa non magis iusta censeretur potuisset. Quippe Titio absente, non fisco, non iurisdictionis domino haerede scripto. Hoc enim fecimus omnes, aditione demum, non delatione haereditatem adquiri, et cum bonis nostris confundi. Nulla igitur dum facta a Titio aditione Titiae haereditas cum eius bonis non coaluerat, adeoque cum iis iusto possessore vacare non poterat. Et, quo minus per se vacaret, Semproniae substitutione prospectum erat.

Quae quum ita sint, quis quaeso ipso haeredis eiusque haeredum iure, in quos haereditas intra longissimum tempus non adita transire non potuit, plane extincto, *l. 86. d. adquir. l. omitt. haered. l. 1. C. si ut omiff. haeredit. etc. l. ult. C. in quib. causf. ex haeredis persona ius aliquod fisco, vel, qui eius iure*





vtitur, iurisdictionis domino tribuere somniauerit. Si quis enim fisco, bona haerede destituta capeffenti, ius haeredis adscriberet, secum ipso pugnaret.

Quam ob rem litem eiusmodi nobis propositam sequentem in modum dirimere non dubitauimus.

*Die weil Beklder Erblasserin nach Kls eignen Anführen, und bef. des angezogenen Testaments fol. 27. von des Abwesenden Mutter zur Erbin eingesetzt, oder vielmehr ihrem abwesenden Sohne, wenn derselbe nicht wieder zurückkommen sollte, substituïret, von derselben die Erbschaft an sich genommen, und auf ihre Erben verfalltet, auch beffessen worden; Welchemnach, da dieses pro substitutione vulgari zu achten, es sowenig Beklden, als ihrer Erblasserin an einem rechtsgültigen Grunde des ergriffenen Besitzes je ermangelt; Dagegen der Abwesende und nunmehr zu Kls Gunsten für todt erklärte institutus die ihm angefallene Erbschaft seiner Mutter, da er sie nicht angetreten, mit seinem Vermögen nicht vereinbaret, und da ihm dieses annoch zu thun, nach bereits abgelaufener Verjährungsfrist l. f. C. in quib. caul. nicht freystehen würde, es um so weniger dessen Erben, da sogar auf Kinder binnen dieser Frist nicht angetretene Erbschaften nicht verfalltet werden, zu gestatten; Kln aber, dem des Abwesenden Vermögen als Erbloses Guth zugesprochen worden, und welchem daher ein Erbrecht auf keine Weise angedichtet werden mag, dießfalls einiges Befugniß am wenigsten zukommen kann, da es ihm auch vor abgelaufener Verjährungsfrist nicht zugestanden; So hat dessen Suchen nicht statt. V. R. W.*

RESPONS.



## RESPONS. LXI.

*Quod vni ex pluribus liberis pater dedit, existimandum est ob causam datum, adeoque collationi obnoxium.*

**A**equitatis studium, in iure nostro, honorario videlicet cum ciuili stricte sic dicto coniuncto, vbiuis conspicuum, in collatione inprimis cernitur. Hinc VLPIANVS in princ. l. 1. d. Collat. binor. hic titulus, ait, manifestam habet aequitatem. Vt, si dubitemus, collationi quid subiectum sit, minus, ex aequitatis praecepto tutissime iudicemus. Modo legitima sit nostra de eo, quod hac in re ius nostrum aequum esse censeat, opinio. Scilicet praesumendum esse, aequali parentem liberos omnes amore complexum fuisse, singulorum que commodis aequali studio consulere voluisse, vt tamen arbitrium eius liberum sit, modo de legitima nulli quicquam detrahat.

Exemplum, quod fulciendae huic sententiae inseruit, prodit PAVLVS in l. 2. §. 2. d. tit. verba sunt haec; *De illis, quae sine culpa filii emancipati post mortem patris perierunt, quaeritur, ad cuius detrimentum ea pertinere debeant? Et plerique putant, ea, quae sine dolo et culpa perierint, ad collationis onus non pertinere; Et hoc ex illis verbis intelligendum est, quibus praetor viri boni arbitrato iubet conferri bona; Vir autem bonus non fit arbitrator, conferendum id, quod nec habet, nec dolo, nec culpa defuit habere.* Videri poterant  
haec



haec cum aliis notissimis iuris praeceptis pugnare. Quippe scimus, initium rei spectandum esse, scimus etiam, periculum rei ad dominum pertinere. Ex priori consequitur, quod a patre filius emancipatus acceperit, ut habeat, unde se alere et exhibere possit, filii propria esse. Et quoniam huius rei causa acceperat, sua natura collationi erat obnoxium. Equis adeo non ex posteriori consequi duxerit, si perierit, filio perire debuisse. Et periisse filio, id quidem liquet, modo non consequitur, ut propterea intuitu haereditatis iacturam faciat. Haereditas defuncto demum, a quo proficiscitur, existit. Quae in eam conferuntur, quod ipsa denominatio significat, ad eam pertinent et eius partem constituunt. Hanc ut facere possint, oportet, ut, quo tempore nascitur haereditas, existant, vel existere iure intelligantur. Illa vero filiofamilias paterni subsidii causa data, sine eius culpa perdita adhuc existere, adeoque ad patris haereditatem pertinere, et conferri posse, non intelliguntur.

Ob eandem causam enim, qua temporis, ex quo iniiit haereditas, ratio habetur, collationi sua natura subiecta regulariter sine fructibus antea perceptis sunt conferenda, *l. 5. §. 1. d. Dot. collat.* Nec non eximenda huic oneri, quae in bonis esse sine haeredis culpa deserunt, *l. 1. §. 6. eod.*

Sed quanquam propter libertatem disponendi, ad legitimam vsque patri relictam, STRYCKIO d. *Sucess. ab Intest. Dif. fert. XI. Cap. IV. §. 13. fq.* simpliciter donata collationi subiecti neque assentior, neque praxis assentitur, ut potius probatissi-



batissimi iuris interpretes, quod a parente filius ex mera liberalitate acceperit, ad eum singulari, non haereditario iure pertinere, ad vnum omnes iudicent, de quibus nominasse sufficiat, BERGER. *Oecon. Iur. L. II. Tit. IV. §. 51. not. 8.* WERNHER. *Part. I. Obs.* 317. LEYSER. *Spec. 411. Medit. 5.* plures enim nominandi facile otium facit l. 20. §. 1. Cod. d. Collat. cuius verba satis clara sunt; Hoc certe propter praesumptum aequalitatis studium defendi posse ac debere existimo, quae a parentibus liberi acceperint, non temere habenda esse ex mera liberalitate profectia. In liberis praesertim patria potestate solutis, quorum accepta subsidium paternum redolent.

Quam ob rem, quum ex actis iudicialibus Praefecturae Frauenstein ineunte hoc anno nobis traditis apparuisset, plurium liberorum patrem filio fundum vendidisse, pretium que non solum acceptum professum fuisse, iudicauimus, patrem non existimandum esse, apocham eo animo dedisse, vt ab obligatione conferendi filium liberaret. Sententia haec erat: *Die weil Bekl. daß sein verstorbener Vater über 420 Rthlr. Kaufgelder, ohne etwas davon bezahlt bekommen zu haben, ihm Quittung ertheilet habe, fol. 20<sup>b</sup> sub no. 8. sq. und sonst allenthalben eingestanden, Aeltern aber die Vermuthung, daß sie keinem ihrer Kinder mehr, als denen übrigen von ihrem Vermögen zukommen lassen wollen, für sich haben, so ist derselbe nurgedachte 420 Rthlr. nebst Zinsen von Walpurgis 1793. als der Zeit der geschehenen Guths-Uebergabe, angesehen rem et pretium zugleich zu benutzen, die Rechte nicht gestatten, auf seinen Erbtheil sich anrechnen zu lassen, und,*

B

in



in so weit er dadurch ein mehreres, als eins oder das andere von Klren erhalten, den Ueberschuß denenselben zu bezahlen schuldig; Er könnte und wollte dem, wasmaassen der Erblasser, daß er gedachte Summe ganz oder zum Theil vor seinen Geschwistern voraus erhalten solle, verordnet habe, in Sächsischer Frist, mit Vorbehalt Klrer Gegenbeweises, beyder Theile Eydes-Antrags, und anderer Rechts-Zuständigkeiten, wie recht erweisen, dessen genösse er billig, und ergethet solchenfalls ferner, was recht ist. V. R. W.

---

RESPONS. LXII.

*Debitor obaeratus legatum sibi adscriptum iure Saxonico  
Electoralis non committit, si facit, propter quod testator  
illud, in poenam, haeredi tribuit.*

**I**us romanum deminutionem bonorum a debitore obaerato factam quodammodo, et sic quidem improbat, vt creditoribus actionem largiatur, a quolibet possessore, quae ex causa lucratiua habet, quae ex oneroso, a doli conscio reuocandi, tot. tit. quae in fraud. credill. Verum sola bonorum, quae in dominio debitoris sunt, deminutione fraudari creditores constituit, adhaerentibus neglectu non aequae l. 134. d. Reg. Iur. Ob eamque rem, si quis conditioni non paret, ne stipulatio committatur, si haereditatem, legitima sit, vel testamentaria, si legatum repudiat, haec omnia legitime facta probat, l. 6. §. 1.

2. 4.



2. 4. *quae in fraud. credit.* Quod speciosius, quam verius, reipublicae perniciosum, et ne quidem iuris analogiae omnino consentaneum duxerim, quae alio loco sic prodit, qui actionem ad rem petendam habet, ipsam rem habere videtur, et quae publicae salutis studium, tanquam supremam legem, commendat.

Huic profecto longe melius prospexit Serenissimus Saxoniae Electoralis Lator, quo ipso hanc non acquirendi veniam obaerato in Decif. XXV. d. a. 1746. his verbis ademit, *soll ihm nicht frey stehen, sich — — einer Erbschaft, so er aus einem pacto, Testament, oder ab intestato zu hoffen hat, wenn solche gleich noch nicht angefallen, oder auch noch ungewiß ist, und also um so viel weniger, wenn ihm solche nicht entzogen werden kann, sich zu begeben, immaassen denn auch, da ein solcher Schuldner ihm oder denen Seinigen zum Besten, jedoch ohne hierzu nach denen Rechten habende genugsame Ursache, also, wie man es zu nemen pfleget, bona mente enterbt würde, dergleichen Enterbung, so viel den Pflichttheil betrifft, schlechterdings für ungültig zu achten.*

Sub finem anni exacti nobis controuersia coram Praefecto Dresdeni acta obiiciebatur, dubia profecto, an, et quomodo ex hac lege patria dirimenda esse videatur. Pater filio, cuius educationi non exiguam patrimonii sui partem impenderat, eidemque aeri alieno, quod contraxerat, soluendo impari duo, si recte memini, millia iochimicorum penderat, filiusque, his acceptis, suo iure in futuram patris haereditatem se abdicauerat. Exorto interea contra filium concursu credito-



rum, pater, mentione huius rei in testamento facta, filiabus haeredibus scriptis eidem filio tria millia et quingentos sub conditione, si in hac sua voluntate acquieuerit, et fororibus haeredibus molestus non fuerit, legauerat, vt haberet, vnde viueret, suumque filium aleret. Quo tandem defuncto, si creditores filii inuentarium haereditatis, vel consignationem religiose confirmandam postulassent, haeredes huic petitioni concedere debuissent. Renunciauerat enim filius obaeratus, qui an legitimam subsidiis paternis et legato ei adscripto acceperit, sine totius substantiae consignatione iureiurando corroborata constare non poterat.

Alia omnia. Creditores legato sic insistebant, vt tria millia sibi condicerent, caeteris quingentis debitoris sui filio relictis. Debitorque exhibendi inuentarii iurataeue specificationis causa, vt certior fieret, legitimam acceperit, an minus, haeredes aggrediebatur, his contra de pacto huic petitioni obstante, ac de legato per eam commisso excipientibus.

Si pater filio viuus numerauerat, quantum legitimae causa debuisset, cuius rei pactum illud renunciatiuum fidem quodammodo faciebat, sine iniuria in creditores amissionis poenam legato adiunxerat. Adeoque consequi videbatur, hos inuentarium haereditatis petere, potuisse, legati amissionem non effugere. Verum, si quid video, d. Decif. XXV. obstat, quo minus legatum committi potuerit, quo ipso non finit debitorem obaeratum sibi debitum remittere. Scilicet taciti eadem quidem secundum iuris regulam vis est, quae expressi, sed



fed maior esse non potest. Effet vero maior, si rem, nostro arbitrio haud subiectam, et propter hoc alienam, cui debetur, facto nostro auferre liceret. Solam igitur deficientis legitimationis exceptionem legatario obicere haeredes valebant. Quam ob rem creditoribus assentire non dubitauimus.

Verba sententiae haec sunt: *Die weil, daß zu D. G. F. L. Vermögen der Concurs-Proceß eröffnet worden, und vor dem R. z. Z. anhängig sey, ex fol. 303. zu sehen, und, da Personen, welche ihre Gläubiger zu befriedigen unermögend sind, nach klarer Vorschrift der 25. Decif. v. J. 1746. angefallener Erbschaften und sonst ihnen zustehender Rechte sich zu begeben nicht vermögen, eben so wenig die Folge des Verlusts aus anderen deren Handlungen zum Nachtheil derer Gläubiger erwachsen kann; So hat F. V. F. S. und Conf. dahin, daß D. G. F. L. derer zum gerichtlichen deposito genommenen 3500 Rthlr. weil er seines verstorbenen Vaters G. B. L. Testament anzuerkennen sich verweigert, für verlustig geachtet werden solle, gehendes Suchen schlechterdings, und das von dessen Gläubigern auf Theilnahme an nurgedachter Summe gerichtete alhier nicht statt; Sondern es ist solche Summe an die Concurs-Masse zu verabsolgen; Und weil diejenigen Gläubiger, welche beym Creditwesen sich gemeldet, daß sie davon des Gemein-schuldners Sohne 500 Rthlr. nebst denen von Zeit der Deposition davon erhobenen Zimssen zukommen lassen wollen, sich erkläret, so hat es dabey sein Verbleiben. V. R. W.*



## RESPONS. LXIII.

*Nomina actiua in consignatione haereditatis indicanda, tantum non iureiurando confirmanda esse.*

**F**requentissima in sententiis iudicum formula, daß *Bekl. das eingereichte sol. besündliche Verlassenschafts-Verzeichniß jedoch mit Ausschluß derer darinne zugleich ausgeführten außen stehenden Schulden vermittelst Eydes zu bestärken schuldig*, vel, si possessor haereditatis, iuratae consignationis a se exhibitae confirmationi se offert, actore ob defectum multarum rerum, partim nominatarum, contradicente, vt iusiurandum eundem in modum reo addicatur, data simul actori, probandi maiorem substantiam, venia, suspensoque in hunc euentum iureiurando. Equidem formulam illam, ad nomina quod attinet, non omnino probabilem duco.

Nominis veritatem creditoris assertionem, quippe testimonio in propria causa probari non posse, largimur omnes. Genuit hoc illam formulam, quia iudicis est, religiosas rerum inanium asseuerationes non admittere. Ecquis vero non intellexerit, hac ipsa formula in eam facile opinionem induci posse haeredem, vt, indicem chirographorum haereditate comprehensorum exhibere, sibi non incumbere putet. Quo admissio, non solum circumueniendi cohaeredis, sed, quoniam scimus nomina inter haeredes ipso iure diuisa esse, egregia cum debitoribus colludendi nasceretur occasio.

Quam




Quam ob rem, controuersia in iudicio Abbatiae Marien-  
flern inter cognatam defuncti eiusque viduam nuper agitata,  
hanc obligauimus *sämmtliche außsenstehende Schulden anzugeben,*  
*und, daß sie mehrere nicht wisse, auch keine in Händen habende Schuld-*  
*verschreibungen unangezeigt gelassen habe, eydlich zu erhärten.* Et  
soleo, vt fraudi obuertam, talia verba pro re nata eiusmodi  
formulis inferere.

Pedem hic figo, vt ab vno ad aliud officium transeam.  
Scilicet Bornii, quorum nomina sub finem praecedentis,  
et hoc seculo inter Iurisconsultos vehementer inclaruere,  
etiam defuncti stipendio Iuris studiosis relicto de iuris pru-  
dentia bene merentur.

Auxit Senatus nostrae vrbs amplissimus, sortis in hunc  
finem constitutae depositarius, et, post extinctam gentem  
Bornianam, collator perpetuus, litterarium hoc beneficium,  
siquidem, imminutis per vsu vsuris, Perillustres illius Prae-  
sules, in omne aeuum nihil de legitimis vsuris stipendiato  
decrescere debere, suasores fuerunt, ac, nemine contradicen-  
te, decreuerunt.

Iam dies appropinquat, publice praedicandae huic muni-  
ficentiae sacer. Ob eamque rem particeps huius beneficii  
factus Carolus Einertus, litterarum, iuriscientiae inprimis,  
aliarumque artium liberalium studiosus, iuuenis ornatissimus,  
Praetoris cognominis, eiusdemque collegae nostri aestuma-  
tissimi filius, hoc officio functurus est; siquidem praeuia  
solenni oratione, memoriam auctorum celebrabit, gratum  
Patro.





Patronis suis animum profitebitur, iisque pia vota nuncupabit.

Nos vero, ut hanc Panegyriam RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, PRINCEPS SERENISSIMVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, PROCERES VTRIVSQVE REIPVBLICAE GRAVISSIMI, Comitones denique Generosissimi ac generosi, praesentes frequentesque illustrare et condecorare beneuole velint, eadem obseruantia singulos rogamus, qua contentione eorum commodis inferuire studemus.

Scribebam Lips. Domin. post SS. Trinit. III. A. C. MDCCXCVI.

---

EX OFFICINA SAALBACHIA.





Leipzig, Diss., 1706  
X. 2309056

ULB Halle


006 232 329

3









B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

MORIAM  
N I A N A M

1796, 1.

ET  
VS AMPLISSIMI  
I C E N T I A M  
IN  
IVRISCONSULTORVM  
I O R A T I O N E

IVN. A. G. MDCCXCVI  
HORA IX

M AC CELEBRANDAM  
INDICVNT

I N A R I V S  
RELIQVI ASSESSORES  
AE FACVLTATIS

INSVNT  
LX. LXI. LXII. ac LXIII.

